



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiū Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Sereno Tribuno. 279.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71898)

ciauit, his verbis utens, Quicumque vide-
rit mulierem ad concupiscendum eam,
iam mœchatus est in corde suo.

Sereno Tribuno. 279.

Diuina iustitia, vir erudite, quæ in futu-
ra vita scelerum omnium pœnas omnino
exactura est, hic quoque perfræpe mentes
eorum, qui ipsam fallere conantur, fallit,
eôsque qui ipsam effugere moliantur, per
ea ipsa, quæ agunt, in suos casses incidere
cogit. Vsq; eadè sapiens ac potens est, at-
que eiusmodi, vt nulla ratione circûscri-
bi, fucûsque ipsi fieri possit. Nam quod à
Platone sub Socratis persona dictum est,
Cùm illuc venerimus, quod certum ac
perspicuum est, sciemus, nõ de iudicio di-
ctum est, perinde ac de eo ipse ambigeret,
absit (nam hoc dogma certum apud eum
& indubitatum est:) sed de eo, quod So-
crates rectè philosophatus esset. Nam cùm
nonnullos, qui philosophiæ munus sum-
ma cum laude obiissent, commemorasset,
ne sibi ipsi, si testimonium sibi ipsi adhibe-
ret, inuidiæ aliquid conflaret, his verbis
vixit: Quibus ipse quoque, pro virili
quidem mea, nihilo inferior fui, verùm
omni ratione in eorum numero esse stu-
dii. An autem rectè studuerim, & num-
quid à nobis prestitum sit, cùm illuc vene-
rimus, perspicuè sciemus. Quæ quidem
verba non multum dissimilia sunt his
Pauli verbis, Nihil mihi conscius sum,
sed non in hoc iustificatus sum.

Theodosio Scholastico. 280.

Sublimior tentationibus quispiam ef-
ficatur, non cùm eas præterit, sed cùm ad
ea, quæ accidunt, perferèda scipsum eru-
dit. Tentationes enim, quæ, vt ipse ais,
discuti nequeunt, per eorum, qui aduer-
sos casus perferre norunt, patientiam &
fortitudinem discutiuntur. Optima quip-
pe rerum earum, quæ in nobis minimè fi-
ta sunt medicina, est ea, quæ nostri arbitrij
est, patientiâ: ac necessariorum euentuû,

ἀπεφύνατο, φήσας, πᾶς ὁ βλέπων γυ-
ναῖκα πρὸς τὸ ὀπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοί-
χουται αὐτῷ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

Σερίνω τριβύνη. σθ.

Ἡδίκη, ὦ σοφὲ, ἢ πάντων ἐκείσε δίκας
εἰς πρᾶξομένη, καὶ ταῦτα πολλάκις
κλέπτει τὰς τῆς κλέπτει αὐτὴν περι-
μύθων φρένας, καὶ τοὺς μηχανωμένους
αὐτὴν ἐκκλίνειν, δι' αἰτίας πρᾶξις, εἰς
τὰς ἐκείσε ἄρκυς ἐμπιπτεῖν κατα-
ναγκάζει, τοσοῦτον ὅτι καὶ σοφὴ ἔδυ-
νατή, καὶ ἀπαρλόγιος. τὸ γὰρ ἐρη-
μόν τῷ Πλάτῳ, ὡς ἐκ πρᾶξις
Σωκράτους, κείσε ἐλθόντες τὸ σαφές
εἰσόμεθα, ἢ περὶ τῆς κλίσεως εἰρηται,
ὡς ἀμφιβαλλομένης αἰῆς. ἀπαγε-
πέπηγε γὰρ παρ' αὐτῷ μάλιστα τὸ
τὸ δόγμα, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὀρθῶς πεφι-
λοσοφημένου τ' Σωκράτῳ. μνημονεύ-
σαι γὰρ πῶν ἄρκυς ἴσως πεφίλοσο-
φικότων, ἵνα μὴ δόξη αὐτῷ μαρτυ-
ρῶν φορτικός ἐνομιεῖται, ὡν δὴ καὶ γὰρ κα-
τάγε τὸ δυνατὸν ἔδυν ἀπέλιπον ἐν τῷ
βίῳ, ἀλλὰ παντὶ ἴσως πρᾶξις
γενέσθαι, εἰδ' ὀρθῶς πρᾶξις
καὶ τὴν ἴσως κείσε ἐλθόντες, τὸσα-
φές εἰσόμεθα. εἰκότα πρὸ λέγων τῷ
Παύλῳ φήσας, οὐδὲν ἐμαυτῷ αἰνοῖ-
δα, ἀλλ' ὅτι ἐν τούτῳ δέδικαί μ' ἐμοί,
δὲ ἀνακρίων με κύριός ἐστι.

Θεοδοσίῳ σχολαστικῷ. σπ.

Υψηλοτέρους γίνεσαι τῆς πρᾶξις
μὲν, οὐχὶ παρέχων αὐτοὺς, φέρει δὲ
τὰ συμβαίνοντα αὐτοῦ παιδεύων.
οἱ γὰρ πειρασμοὶ ἀλυτοὶ ὄντες, ὡς
φῆς, λύονται ὅτι τῆς ἕσπετος
καὶ ἀνδρίας, τῆς φέρει τὰ συμπίπτοι-
τα ὅτι πρᾶξις. γερραπεία γὰρ ἀρίστη,
τῆς ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἢ ἐν ἡμῖν φιλοσο-
φία, καὶ λύσις τῆς ἀναγκῆς, ἀλύ-
των, ὡς φῆς, ὄντων, ἢ ἐν μὲν τοῖς
δικο-